



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXVIII. Maii. S. Vvilhelmvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S WILHELMVS Gellonenſis, nobiliſſimis parentibus patre Theodoro, & matre Aldana natus. liberalibus diſciplinis inſtitutus, aulicus Caroli Magni factus, Regi & proceribus acceptus fuit, adeò vt primæ cohortis princeps euaserit. Inde contra Saracenos Franciam invadentes, comes WILHELMVS belli dux declaratur, pariterq; Aquitaniæ Dux præficitur. Exercitum ergò contra eofdem producens, eorum tyrannide Chriſtianos liberat, & vt Deo pro accepta victoria gratus eſſet, Religioſorum in primis curam ſuſcipiens, monaſteriis plurima elargitus eſt. Quin ipſe novum Gellonenſe fundavit ſub titulo *Saluatoris, B. V. Mariæ & SS. omnium Apoſtolorum.* Ipſe deinde tædium rerum mandanarum concipiens, Regi Carolo ſummopere eius abitum dolenti valedicit, & ab eo Reliquias S. Crucis dono accipit. Deinde in Eccleſiâ arma ſua bellica S. Iuliano martyri offerri, & ad Monaſterium quod ipſe conſtruxerat properans, nudis pedibus cilicio indutus ingrediens, ſolemniter à fratribus acceptus, monachus efficitur. Vbi humilitate & patientia ſingulariter excelluit, extrema quæq; & viliffima ſibi demandari cupiens. Vnde fratribus aliis inferuiens, & officia eorum viliora ipſe ſubiens, coquinæ ſeruitium ſuſcepit. Vtq; adhuc magis humiliaretur, Piſtor eſſe juſſus in ſigni miraculo à Deo honoratur. Nam cum instrumenta purgandi clibani deſſent, ſigno S. Crucis munitus ardentem clibanum ingreſſus veſte illæſa carbones exportavit. Inde in maiori veneratione habiſus, ſe totum contemplationi addixit, carnem mirè aſſiſit, ſine intermiſſione orationi incumbens. Nam totis noctibus in eâ perfeuerans, centies in die, & centies in nocte coram altaribus genua flectens, non ſolum pro ſuis, ſed etiam pro peccatis omnium Dei miſericordiam imploravit. Ob memoriam paſſionis Dominicæ virgis cædi & flagellari ſolebat. Spiritu quoq; Prophetiæ pollens, diem obitus ſui prædixit, ſacrâq; communionemunitus ſanctæ vitæ fungitur V. Kal. Iunij circa an. DCCCX. In cuius tranſitu circumquaq; omnes campanæ ſpontè ſuâ nullius hominis opera ſonitum dare ſunt auditæ. *Ex eius vita prælixe ſcripta.*



S WILHELMVS GELLONENSIS
 ORD. S. BEN. Mon. Gellonense
 Hic Caroli Magni contra Danicos belli Dux, Mon. Gellonense
 a se fundatus ingrobo, coquina & pistrini officiu exercebat, cibum ardentem
 seipulari purgare in nulla est lapsus, centies die et certis nocte genua
 circa altarium flectens, sancto obijt 1^o Cal. Junij aet. D CCCX.

Handwritten notes in red ink on the book's spine:
 Gellone
 15. 10. 11.
 Bened.
 III

MOB 2

K 3

V. IVN